

conversionem interveniat ulla illorum diligentia.

17. Intellegitur modò, quod Dominus protulit ad populum. Lavamini (inquit) mundi flos. Numquid in illorum voluntate est lavi à crimine? Gratiam dabit Dominus: ideo David clamat, Lava me ab iniquitate mea: quippe animæ lavacrum à gratia. Quo ergo pacto ipsi criminosis lavabuntur? Si diligentiam adhibent, ut laventur. Non lavabit Deus? Quamvis possit, non lavabit. Dabit gratiam, si lavandi sollicitant mundiciam, Mandavit conscientiam ab operibus mortuis, si homo satagit de puritate peccatoris. Medicina patet prompta, ergo faciatus accedat. Lux adhuc in tenebris lucet. Accedite igitur & illuminamini. Lavacrum pervenit, ubi culpam naufragiam. Ipse lavabit, & dicit, Lavamini; quippequam minimè mandabit peccatorem, ni disponatur in formam purificantem.

Obiatur gratia, cum gratia diligentia.

18. Lavit Ateror N. oculos cæci nati collyrio luti: sed noluit medicinam prodelle dolenti, quousque accederet fonti. Vade (iussit) & laba in natatoria Siloè. Ni procederet, non vidisset. Nonne efficax medicina, quæ ex ore Altissimi providit, ut oculos cæci quamprimum illuminaret? Utique verum si ut oculos linivit, lumen in illis accenderet; cæcus sanè nihil faceret: & remittit, ut lavetur, quem lavavit, ad aquam; ut cooperaretur dignandus in medicinam: igitur negligenti quod in se est, numquam exoritur lux; quoniam parcens diligentia, non surgit à cæcitate.

Qui parit dicitur, qui parit dicitur, qui parit dicitur.

Considera diligentiam, & promptitudinem medicinæ, atque præstantiam. Cæcus iubetur in fontem procedere. Processit, & vidit. Illuminatur à Domino, qui cæce obedit. Abijt ergo, & lavit, & venit videns. Statim? Sine mora. Retinetur cæcitas, quamdiu protrahit diligentiam cæca voluntas. Pater amoris divini pectus, ut pulnaverit animus. Cor contritum non despiciat, imò libentissimè suscipit, inventa confestim venià, si sollicita medicina: siquidem Dominus illuminat cæcos, simulac student aperire oculos. Iacent peccatores cæci; & ideo iacent, quia volunt fieri, sed nihil facere: igitur sine diligentia, non conceditur gratia. Abijt, & lavit, & venit videns. Loticum oculorum lachrymæ: manant lachrymæ à dolore: & tunc fit illuminatio, & cordis conversio, dum accedit penitendo.

19. Miraculum conversionis aquæ in vinum pater obvium. Implete hydrias aqua, ministris dicitur: & aqua in vinum convertitur. Ad quid ergo huiusmodi diligentia ministrorum, dum sine illis poterat fieri miraculum? Patrandæ erat conversio, non è nihilo productio: & monentur, quòd hydrias aquis implerent, ut aliquomodò in conversionem concurrerent. Implete hydrias, & aqua; ut in vinum convertantur quæque fuerint in hydria. Hydria lapidea significat corda, & corpora nostra, quibus continetur anima, vel ardens vino gratia, vel gelida à frigiditate culpæ. Hydria lapidea. In lapidibus fiunt miracula? In lapidibus signantibus humana corda! In lapidibus. Condito aquæ est frigiditas ingentia; & inter homines cordium exhibetur conversio, si reprimitor natura. Quæ urgent in conditione proclivitate, impediunt sapientis conversionem: verum si inclinationes vincuntur, & appetitus sensitivi proculcantur; fiet animarum conversio, quamvis in corde lapideo.

20. Ergo proposito. Implete hydrias aqua. In aqua & exponitur frigiditas cordium, & abundantia uberum lachrymarum. Hic est modus conversionis. Implemente oculi, peccati ministri, hydrias peccatoris penitudinis lachrymis, pudoris, meroris, atque doloris signis; & Deus faciet conversionem animæ à frigiditate culpæ ad ignem rutilæ gratiæ, quantumvis peccatores, causâ criminis, habeant corda, tamquam lapides. Lachrymæ fugiunt impiorum oculos, quippe corda in penitentia non liquefiunt. Salvani sane vellent sine labore, & coronam nancisci sine certamine. Immittit Dominus plagas, ut compangantur; & ridet. Beneficentia, & in illum tamquam tela retorquent. Minime prudens est etiam in pena, cor infatuatum in culpa: imò peccator tanto securior, quanto peior. Ad rem Mariana in Eccl. 1. v. 15. accinit: Corrige? Nil facias, prævi in contraria tendant.

Quomodo dederit conversio est in corde omnino sanctorum.

Lachrymis invollescent, in conversionis corda.

Maria.

Similes sionis prævi.

Omnia sunt stultis, omnia plena dolis. Si refrices mores satyra mordacis aceto, Nulla viget ratio, cuncta libido gerit. Ex improbis sunt reprobi criminum usu, accipientes animam rationales in vano: igitur imitantes sycomorum, irrigatione deteriores fiunt.



DIDASCALIA VII.

Fulmen est, ubi cum potestate habitat iracundia.

1. Decantavit Pub. Syrus v. 226. Plerumque devoratur, & conquitur iniuria à necessitate, vel à prudentia; quoniam ampliora surgunt incommoda ex meditata, & sapies obvia vindicta. Princeps verò dum concipit dolorem, plerumque parturit iniquitatem: igitur ruppis repagulis iuris, tantum ius, quod lex furoris. Quid enim indignius (declamat Seneca lib. 1. de Ira cap. 16.) quam florere quosdam, & eos indulgentiâ fortune abuti, quibus nulla potest satis mala inveniri fortuna? Minime nati sunt in iuvamen hominum, sed in exitium. Quid Caligula unicam, ut detruncaret, in Imperio Rom. cervicem desiderans? Quid Vitellius (abhorrentibus cunctis à cadaverum tabe) detestabili voce: Optime olere occisum hostem, & melius civem. Quid Annibal exclamans cum vidisset lacum humano sanguine plenum: O formosum spectaculum! Quid denique Volesius, inter plura cadavera superbe incedens, & sibi gratulans, dicens: O rem egregiam! Vide Suetonium in Caligul. cap. 30. & in Vitell. cap. 10. Sennecamque lib. 2. de Ira cap. 5. In alijs iniuria in ultionem rationem urget, in Principibus rapit. Urget & arcetur; quippe potestas à voluntate se iungitur: in Principibus rapit, quia posse, velle; & volunt iracundi totum posse: igitur cum ira habet potestatem conivtem, excutitur è pectore fulmen, quod prius strage, quam strepitu cognoscitur, ubi proterita mente in obvia quæque vibratur. Audi Claudianum pro 4. Consul. Honorij v. 241. Iram sanguinei regio sub pectore cordis Protegit imbutam flammis, avidamque nocendi, Præcipitemque sui. Rabie succensa tumescit.

Senec.

Sanguinarij cura delitas spectaculum incundius.

Claudian.

Gencl. 9. 33.

Experiri conantur quod prævenerit potestati.

Vindictam præstare sibi: cum viscera felle canduerint, ardet stimulis, fertur que nocendi Prodigus, ignarus causa.

Clau. dian.

3. Reg. 19. 10. 1. Reg. 12. 1.

In illis iraproposita.

1. Reg. 20. 32. 33.

Ira ultionis ratio regum, dum non est ratio.

Marc. 20.

Virtus præfata eius agnoscitur.

Suetonij

Ira summa sub furoris larva. Plin.

De Elia, ut vidimus, dicitur Zelo zelatus: de Saule verò, Iratus iracundia. Uterque iratus, sed alter zelo, & alter ira. Elia ira militæ, non duce. Saul ira duce, non milite. Ille iratus propter culpam; hic iratus propter innocentiam. Ille ad penam noxæ, hic ad cruciamentum penæ, ignarus cause. Ille in crimen: hic in hominem. Ille zelo, quoniam ducebat in vindictam ratio: hic autem iracundia tantummodò, quoniam in meditata supplicia, præter Regis iracundiam, nulla erat causa. Alluabat stimulis furoris cordis malignitas, cui accessit malefua potestas: & ebrius malefate, procul crimine, ultionem cogitabat, quia volebat. Perpendere causam ad implicabilem potestatis iracundiam. Quare (David) moritur? Quid fecit? dixit Iona has irato patri: & arripuit Saul lanceam, ut percuteret eum. Quare morietur? A Rege & irato non inquiritur Quare. Quid fecit? Qui fertur ira nocendi prodigus, causa fertur ignarus. Profrenda mortis lex, quia causa non datur quid. Illuminat filius rationem furore cæcam, & pater arripit lanceam. Nec fuis parit, qui sibi nocet. Nullam invenit ultioni materiam, & arripuit lanceam. Ultima ratio regum, dum non est ratio. Ut procedat in vindictam percussum pectus, causa potissima ultionis, Rex iratus. Cognovit iustum David. Quare damnat, si cognovit? Quia cognovit. Cognito valet, dum Rex irascitur causa: minimè verò, si irascitur iracundia.

4. In morte inculpabilis Ioannis reluctet specimen huiusmodi detestabilis furoris. Herodes metuebat Ioannem, sciens eum virtutum iustum & sanctum. Metuebat, non amabat, quasi virtutes formarent terribilem, quem fecerat commendabilem. Nulla maior peccatori pena, quam iusti vita. Postquam vinxit, & reduxit in carcerem penes vinculozum mancipatum; scivit iustum. Lucet vulnerata virtus, igitur dum exerceatur, non frangitur. Ad instar viris vulnerare floret, ad instar silicis icibus splendet. Auditio eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. An veneratio, obedientia, vel fœvitia? Nullum aliud iam certius atrocis exitus signum, quam principis lenitas: alituit Suetonius de fœvitia Domitiani, cap. 11. Unde Plinius in Panegyrr. ad Traian. inquit: Quid enim tam infidum mare, quam blanditiæ Principum illorum, quibus tanta levitas, tanta fraus, ut facilius esset iratus, quam



quam propitios habere: Ita gratia Herodis erga Solis Praefurum: audebat libenter, sed obtrufit in carcere.

Gravat ergo Princeps virum, & sciens cum esse iustum & sanctum. Quid enim nefciens faceret, si ita cognoscens virtutem carenis praemittit? Verum quare si cognoscit? Rationem furor rapuit? Minime. Stat vel increpitus in virtutis cognitione. Intellexeram iram ratione sepulta summam, quia iugulabat ducem. Acrrior patet habens vigilem rationem. Nemo ita turpis qui non curet deantare corpus sceleris, ut crimen videatur ratio, & non affectio. Fingitur, si non est causa: verum non esset summa malitia; ni quod Rex affectione exequatur, ratione detestaretur, tradens invite in custodiam, cuius agnoscebat inculpabilem vitam.

Sciebat. Et instabat quod agnoverat. Audacia plane, quod dormiat ratio ratione vigili, & sine defectu Sol deficiat intelligentia. Trahit rationem ductricem ducta voluntas, maxime si adest cupiditati potestas. Excitationem vel excessum habet, quia haud aliter est insipienter agnoscit. Aliqua femita specialis eligenda ad malitia, ut parentur scelera: ceterum nulla illarum magis trita, quam quom voluntas quasi crimine ducit ad mortem, quem ratio expers affectionis manifestat innocentem. Ducitur ira, non causa, verum causam facit iram. Nullam ex actis ad Redemptoris necem invenit Pilatus causam; & causam super caput crucifixi posuit scriptam. Quanam ergo? Non habere causam, causam fecit; si quidem crucifixit, quem innocentem agnovit. Non habuit causam, sed cum potestate iram: & ubi interfuit ira, iam fuit causa.

Vide quam vivax potestas, ad causas crudelitatis excogitandas. Est cognoscat veritatem, tuetur perfidem meditatum errorem: siquidem in male coeptis honestior illi pertinacia, quam poenitentia. Blanditur animo auctorata severitas, & fugatur humanitas. Cneus Pifo (ait Seneca lib. 1. de Ira, cap. ult.) cum iratus duci iussisset quemdam, qui ex comenatu sine commilitone redierat, quasi interfecisset quem non exhibebat, roganti tempus aliquod ad conquirendum, non dedit. Damnatus extra vallum ductus est, & iam cervicem porrigebat, cum subito apparuit ille commilito, qui occisus videbatur. Tunc Centurio supplicio prepositus condere gladium spiculatorum iubet: damnatum ad Pisonem reducit, redditurus Pisoni innocentiam, nam militem fortuna reddiderat. Ingenti concursu deducuntur,

complexi alter alterum, cum magno gaudio castrorum, commilitones. Ascendit tribunal furens Pifo, ac duci iubet utrumque, & cura militum qui non occiderat, & eum qui non perierat. Quid hoc indignius? Quia unus innocentem apparuerat, duo perierat. Pifo adiecit & tertium, nam ipsum Centurionem, qui damnatum reduxerat, duci iussit. Constituti sunt in eodem illo loco perituri tres ob unius innocentiam. O quam solers est iracundia ad fingendas causas furoris. Te (inquit) duci iubeo, quia damnatus es, te, quia causa damnationis commilitoni fuisti: te, quia iustus occidere, imperatori non parvisi. Excogitavit quemadmodum tria crimina faceret, quia nullum invenerat. Habet iracundia hoc mali, non vult regi.

Constat ergo savitia Herodis. Iustum Ioannem agnovit, & in custodiam publicam tradit, & morti tradit. Et sciens? Hand error est mentis, sed perverse voluntatis: etenim inuenerat perspicuum veritatem, & tamen amat errorem. Idem fuit pronunciare iustum, & tradere criminosum. Crimen trulentum animadvertit, quia nec criminis umbram cognovit. Decollavit virtutem, quia viderat innocentem. Peribat, quia ius verabat. O quam solers iracundia ad fingendas causas furoris! Fallor. Nec causam finxit: non habere, fecit causam; quae tanto iniquior, quanto ratio in adversa persequitur: igitur sciens sine ira iracundior, crimen execrabile patravit; ne excusationem ex favore haberet. Error multoties praecipit iudicium, quia appetitus fervens obnubilat intellectum: sed sciens Herodes virtutem Ioannis, devovit amaritudini mortis, in speculum summam malitiae; quandoquidem erratum amplexus est sine errore. Non est causa, sed fruitur poena, & patet ira.

Itatus iracundia dicitur de Saule. Scrutemur causam. Verum quae causa, si excander ira? Fugit David iram eius, & ille ira exardescit, quia fugit. Comprahenderet Rex, cuius semper longissimae manus, ni occurreret grandi miraculo Dominus. Articulus menti in veritatem illuxit, sed non mutavit; quippe iratus est iracundia, dum favore Domini commoveri debet poenitentia: etenim speciosior gratia Domini, dum homini subtrahit occasionem peccati.

Furor pro tunc remissus, sed non missus; quia in cor secessit, ut foveret peccatus altius, & impetu denuo erumperet, dum ad manum haberet. Expectabat ad mensam, & quia non venit effervuit in iracundiam. Quid tutum in statu perplexitatis, maxime

Senec.

Marca ubi supra

Qui erat rat scilicet, ut, malitiosus est rat.

Ubi supra

Specialis gratia ubi subtrahitur occasio culpae.

si sagitta in manu potentis? Si venit, confodietur lancea: si non venit, multabitur vita. O pericula perfidiae regiae, ubi labor urinde! O labor summus, ubi Praefes infestus! Sanè iracundia concitatur, & non ratione, dum operatio qualibet patet discrimini: igitur non odit, quod indebite David facit, vel à quo deficit; sed quicquid studio, aut incuria vel fecerit, vel omiserit: Hoc est regium?

Fugit David & declinavit à Regis facie, quia nisus est Saul configere (cum) lancea in pariete, & salvus fuit casto vulnere. Insigne regiae potestatis erat lancea: notat Abulensis hic quest. 17. & per illam indicabatur summa imperij, & summus honor; uti tradit Pier. Valerian. lib. 42. cap. 23. & 28. Dum Princeps furori consulti, manet sine potestate; siquidem ipse projicit potestatis insigne. Auctoritas ipsum, quin sponte deijciat, comitatur; & stat, dum ipsa nititur. Si honor regis iudicium diligit, furor non habet. Si per lanceam possiderit, & à rege projicitur, dum irascitur; dum rapitur in poenam percita bile, manebit vel in throno sine honore. Compescat auctoritas, quod adversus potestatem cogitat data, & abusa potestas: igitur si lancea fulget; dum lancea percutit, Princeps nequit exercere iram, quin deturpet formam regiam. Furor est ab homine voluntarie insano, vel à dæmone possessio.

Amittit muneris formam, qui exercet iram.

Oderint dii mentes: eorum desiderata.

S. Ben.

Consulitur honori, si consulitur in penis praescriptae legi. Abominabilis nonnumquam illa Caligulae digna vox: *Oderint, dum metuunt.* Quem quidem propter illam ita perstringit ubi supra, Seneca: *Oderint. Quid? dum pareant? Male affectis vel remedium displicet. Non. Ut probent? Saepè Praefidis crimen à subditis anxie quaerit auctoritatem. Non. Quid ergo? Dum timeant.* Fortior pestis medicaminis, quam vulneris. *Dum metuunt. Si nec amari quidem vellem.* Aurea sententia. Prudenti quidem SS. Benedictus Regul. Sancti. cap. 64. dicit Abbat: *Studeat plus amari, quam timeri.* Timor oritur ex poena, amor ex poenae modo, quem ad amulsum prudentiae duxit ratio: quae palchre regit, dum corripit; igitur adhuc in virga indignationis, Praefes plus timore plus amatur, quam timetur. Tyranni est, dum subditorum reverentia transit in pavidam mentem: patris verò, ubi timor transit in dilectionem: equidem subditus vel in periculo lapsus, plus timet offensam patris, quam poenam criminis. Mavult qui prudens pati, quam quem diligit affligi: & Superiorem decet

plus amari, quam timeri; ut eius auctoritas consistat auctoritate: etenim timor subditorum à supplicio, non potest esse dilectio: ceterum rutilat singularis, ubi etiam in amaritudine doloris, quem expavefcunt iudicem, diligunt patrem. Timent, si ducitur iracundia praecipiti: amant, si ducitur lege. Timent, si gaudet poena: amant, si trillatur culpa, quoniam in viadicam legum inferre debet supplicium: & studendum charitati, non timori fervili; quippe corda subditorum rapiet è pectore, ubi viderint procedere vel ad supplicia non furore potestatis, sed potestate rationis.

Dijs proximus ille est. Quem ratio, non ira movet. Maerone cruento Se iactent alij, studeant feritate timeri. Lene fluit Nilus, sed cunctis amibus exstat Utilior, nullas confessus murmure vires. Succinit ubi supra. Claudianus v. 226.

Surgit in Bethaniam Archiater N. celestis, ut Lazarum fosciter iam sepultum à mortuis, Appropriavit monumento ubi iacebat amicus, & coram circumstantibus est lachrymans. Dixerunt ergo Iudaei visis lachrymis, apertius pro illorum duritie fufis: *Ecce quomodo amabat eum.* Etiam amant: non obliviscitur peccatus, quantumvis in terra oblivionis sit amicus; imò eius dilectionis insigne, recordari in oblivione. Labores videntur mundo oriri ex odio, nec intelligit modum, quo possint esse dilectio. *Ecce quomodo.* Profecto amicum amabat, quem sic afflixerat. *Ecce quomodo amabat:* permittit incurere in mortem corporis, ne incureret mentis. Permissit aegrotare, ne langueret; permittit, mori ut viveret; & sepeliri, ut resurgeret.

Dum dicitur *Ecce*, aliquid ut arbitrator, designatur singulare. Verum non apparet singulare, quod lachrymetur, quia humanum; nec quod amicus deplorat iacentem intra sepulchrum. Est singulare, quod novum. Novam erat voce revocari ad auram, mortuum resurgere ad vitam; cur igitur qui aderam, non notant potestatem, sed amorem? Quia in Superioribus novam: siquidem fulgore & scitio infatuati dignitatum, malunt commendari potestatis rigore, quam amoris maiestate.

*Ece.* Notatur insigne, quod habetur singulare. Complaceat sibi subditus de Praefide docto; verum quid si scientia infatus? Gaudet de aureo aestimabili capite, sed desiderat flexibile; & sic de ceteris praefatis Superioris instrumentis, in commendationem dignitatis. Christus illudiorae patrorum extitit insignis miraculi: & dum

Si ex ratione potestatis, rapit corda.

Claud.

Nilus symbola suavitate morum.

Ioannde 11. 36.

Amor singularis in morte tuorum.

Non bene dicitur, qui potestate regit.

et

Et vigili intelligentia.

Causa vindictae est ira si deest causa.

Matth. 27. 36.

Exemplum excruciantis hominis vasti.



Denē qui amore.

fit iudicium de Superiore; minime plauditur quam doctus, quam potens, quam insignis; sed quam suavis: haud quomodo imperat, sed quomodo amat; quippe ex amore in subditos & subditorum, firmum patet Superioris imperium. Ecce quomodo imperat: modo quo amat: igitur inter dotes præclaras, arripientes sufragium, cunctis præstat, & luce suavitatis morum.

Si miraculum attenderent, intenderent in potestatem: lachrymantem viderunt, & commendaverunt dilectionem; quia subditis magis aridet Superioris humanitas, quam divinitas. Apparuit divinitas & humanitas Salvatoris, spectantibus cunctis; & lachrymæ excitaverunt solummodo plausum, dum prodigium suspendit in admirationem intellectum: quippequam non ita placet, qui ducit subditorum mentem in admirationem, quam qui tenet voluntatem. Clarius dicam: Non qui facit potestate miracula, sed qui debellat suavitate corda. In miraculo rutilabat potestas, in lachrymis cordis charitas. Charitas fovet amorem: potestas verò formidinem: & abdicunt singulare miraculum, dum cogitant singulare imperium, si ludet Præles plus amari, quam timeri: etenim corda hominum suaviter trahuntur ad leges, in vinculis charitatis; & maiestas imperii plus firmatur amore, quam potestate. Plerumque apud homines si dominatur timor; languens moritur, & qui mortuus sepelitur. Potestas necessaria est; sed amplius studium adhibendum amoris, quam potestati: igitur si valens timore languet, languens fato cedit, atque mortuus non est super: efficacia verò & arte amoris valet languidus, vivit mortuus, atque resurgit sepultus.

Non qui facit miracula, sed qui tenet obedientiam corda.

Potestate amoris non potest.

Signa correctio nis plerumque crudelitatis.

Gregor.

Peccant non oportet corrumpere peccata.

motus fervidos sub æquitate disponat; ut ed fiat salior alienus ulitor, quod prius exitit sui victor: ne dum excitatur rectitudine zeli, aberret a rectitudine.

Eripit interdum, modo dat medicina salutem. Cantat Ovidius lib. 2. Trist. Eleg. unic. Dum non movet iram noxa, pena nequaquam est medicina: siquidem æger qui dicere iurè applicanti remedium: *Medico cura de ipsium.*

14. Eiusmodi inconsideratio sæpe, uti dixi, larvatur zelo, vel varijs affectionis ponderibus curvatur atque recurvatur rectitudo. Alisqua brevi dicam, ne fastidiat lecturus Didascaliam. *Zelum & invidiam non habere*: ait cap. 4. *Regul. SS. Legislator.* Eandem sentiam carpere solent virtus & vitium; ac oppositorum vel invite fit confortium: siquidem interdum later invidia, ubi foris splendet zeli flamma. *Zelum amarum habetis, & contentiones*: ait Iacobus. Rutilat pectus zelo, & patet amaritudo: igitur specie pulchra, virtute falsa, zelum qui excitat negligendum in virtutem, dirigant semetipsos amantes, in contentionem. Ut recte procedat in legem regnum Iuda, auferendum est zelus Ephraim. Observa styllum Scripturæ, dum signat amaritudinem zeli. Iratus est Dominus, quia *volutit Saul percutere eos* (Gabaonitas) zelo. Bellum movere intendit, & zelum dicit: quippe zeli legis rutila forma plerumque excitatur pugna. Zelus dirigitur in legis exactionem, non verò in sententiarum certamen, ubi corda minime edificantur, sed vicissim percutiuntur. Nequit esse zelus, quod est vulnus. Zelandus est zelus, ne qui oriri videtur à Dei honore, procedat a rabie; & vulnera exulcerentur, dum inconsulto curantur.

15. Arumna Superioris est consulere subditorum salutem, vel medendo vulneribus, vel studendo melioribus. Clamat ergo cui regni Israel moderatio à Deo credita: *Conversus sum in arumna mea, dum confringitur spina.* Per spinam peccatum intelligit Gregorius Magnus ubi dudum lib. 20. cap. 12. Cur ergo dum frangitur peccati spina, convertitur in ærumna? Quoniam frangitur. Expelli debent peccatorum spina à puncto atque faucio pectore. Expulso labor est, sed ærumna labor summus cum angore & amaritudine, difficultate propositi: & quamvis Præfides solliciti de medicina peccatorum, ad ærumnam revertuntur; quippe à vulnere spinam non evellunt, sed confringunt: & difficiliter expellitur, dum spina frangitur.

16. Aptius proposito. Dum confringitur spina. Gregorius ubi supra legit: *Dum confringitur spina.* Prudentia Præfidis per huiusmodi versionem commendatur, ut in correptione subditi ad mentis sanitatem revertentur. Amor spinam peccati evellit, timor confringit. Potestas vulnerat, dum sanat: charitas verò sanat, dum vulnerat: & qui sollicitat subditorum salutem; amoris debet ulceribus applicare suavitatem: quoniam vulnera, maxime qui inhaerent cordi, non curantur potestate, sed amore. Si aliud apponitur pharumacum; quod medicina, venenum: igitur si amor deficit; dum furor cuspidem irangit, magis pungit: & altius infigitur in præcordia, dum confringitur spina. O Prælati! munus erit gladius in manu furiosi: Contritio & infelicitas in vijs eorum, viam pacis non cognoverunt; quandoquidem, quod exercent potestatem. Retorqueatur strages furentis Herculis Act. 4. v. 1020.

Causa exponenda. Evellitur spina, dum se.

Ovid.

Luc. 4. 23.

S. Beati.

Invidiam præfida zelii.

Iacobus 3. 14.

Contentio.

2. Reg. 21. 2.

Et amas rutilando.

Psal. 31. 4.

Præfides spinam peccati ma frangant, sed evellant.

O misera virtus!

sevit Prælati in crimen, & minime in delinquentem. Frangitur, dum concitatur in penam; & non in culpam. Expellitur, si procedit placide in remedium; & suaviter in supplicium. Confringitur, dum furenter tendit in supplicium, quia supplicium, non remedium. Extirpatur, si corripit, ut emendet. Conteritur, si medetur, ut exulceret. Convellitur, si ratione in vindictam legis excitatur. Conciditur, dum medicus in concutitur: revertiturque in ærumnam; quoniam sollicitiore cura perdidit operam: igitur dum fracta spina, ducitur dolentis penam; profundius vulnera manent, & acrius pectora dolent. *Curavimus Babylonem, & non est sanata.* Spina fuit contracta, non evulsa. Altius hæsit, dum macro latuit: & diffidit invenitur remedium, quando vulnus est occultum.

16. Aptius proposito. Dum confringitur spina. Gregorius ubi supra legit: *Dum confringitur spina.* Prudentia Præfidis per huiusmodi versionem commendatur, ut in correptione subditi ad mentis sanitatem revertentur. Amor spinam peccati evellit, timor confringit. Potestas vulnerat, dum sanat: charitas verò sanat, dum vulnerat: & qui sollicitat subditorum salutem; amoris debet ulceribus applicare suavitatem: quoniam vulnera, maxime qui inhaerent cordi, non curantur potestate, sed amore. Si aliud apponitur pharumacum; quod medicina, venenum: igitur si amor deficit; dum furor cuspidem irangit, magis pungit: & altius infigitur in præcordia, dum confringitur spina. O Prælati! munus erit gladius in manu furiosi: Contritio & infelicitas in vijs eorum, viam pacis non cognoverunt; quandoquidem, quod exercent potestatem. Retorqueatur strages furentis Herculis Act. 4. v. 1020.

Sine modo spina culpa infigitur, dum expellitur.

Senec.

Quo tendis amens? Sanguinem fundes tuum, Pavofaciens infans igneo vultu patris, Perit ante vulnus, spiritum rapuit pavor.

DIDASCALIA VIII.

Infelix in orbe virtus.

Dion.

Manil.

Sententia M. Bruti, ut refert Dio in August. lib. 47. citat Plutarchus libell. de Suspicion. allruit Manilius lib. 2. Astronom. v. 47. dicens: *Quin etiam infelix virtus, & noxia felix.* Refertque Seneca in Hercule. Octavo. Act. 4. v. 1169. exclamans:

Senec.

Q. Curti

Virtus se la felix.

Senec.

Genesi 19. 33.

Semper in periculo virtus.

Virtus ediosa malis.

Ioan. 11. 47.

Plat. virtus, quia virtus.

Stat.

Illam comitatur. Chart.

Igitur serviebat formæ dominatura, cui principabatur famula. Hinc Q. Curtius lib. 8. Hist. Alex. cap. 5. fatè scribit: *Quis negat eximiam gloriam sapientia fortuna, quam virtutis esse beneficium?* O intenfatis, & hostidi! Quod non dedit fortuna non eripit. Præter quæ commoverit, nihil extorquet. Quæ extra fortunam est, serviet fortunæ? Quæ fioret adversis, sine fortuna cædet? Erit infelix, per quam homines felices? Imò felix, quia sola: & virtus undique, quippe sine fortuna. Infelix est in mundo, non in cælo, quia format venustiore, quæ deere contendit persecutio. Quo sensu Seneca in Herc. furent. Act. 2. v. 324.

Iniqua raro maximis virtutibus Fortuna parit.

Optimè diceret, si tibi fortunam, cogitare malitiam: quandoquidem virtus eximia Lot aciora passa est à filiabus dilectis, quam à civibus nepotibus Sodomitis. Fugit profectò civitatem, sed non invidias; quoniam in tuto supplantavit ebrietas. Virtus elaruit vel inter lascivos. Ecce virtus infelicitatem. Haud tatis, fugille procliviorum occasionem. Inceperat à malicia instruitur dolus, unde sen. per in periculo virtus.

2. Quid enim in Cyenis mali? In illos affatus aqualarum excitatur furor, quippe rutilat candor. Avertantur corvi (uti notat Berchorius in Aedæactor. lib. 7. cap. 23. pullos, quia qui nigri vident albos. Si per nigredinem designatur cogitationum iniquarum exitus, quippe nigra quali corvus; quique sequantur ex abrupto iniquitatem, avertantur ubique morum candorem. *Hic homo multa signa facit.* Quid ex concilio? Virtutem lequemur? Nullo modo. Moriatur. Quod conciliare debebat affectum, peperit odium. Virtus florens cunctos allicit, Moriatur, & quia virtus, & quia fioret. Crimen recipit conceptum libertatem, & medio tollimus tacitum accusatorem. Nescio quid habet contra virtutem fortuna. Quidam gratus Tiberio petuicuit auctoritate tumultum; sed in præmium facinoris habuit Casarem infensum. Legis exactio est transgressio sub principe criminoso. Optimè Status in triumpho Bacchi, apud Vinc. Chartar. de Imag. Deor. fol. 287.

Et melius & virtus. Siquidem cum odium in illam semper malignitas explicet, ad hominum contemptum virtus illicet pavet. Quidam (sic idem in Mithras. ) Virtutem peregrino habitu induerunt. Illustris cogitatio, vel in idolo. Habitu peregrina est, vel ut vivat ignota, aut sub



sub aliena specie floreat illa: igitur cum habeat comites a tergo invidiam, & intrinsecus conscientiam; proculdubio subibit perfectionem, si revelaverit faciem. Christus virtus Dei se inivit discipulis loquentibus de passione: sed sub peregrina specie. Influxus virtutis radiabat in pectus, & peregrini servabatur habitus, ut candor ab illis conferretur illis: quandoquidem ut cognoverunt, Ipse emanavit ex oculis eorum.

Luc. 24. 31.

Juven.

Virgil. Apio coronatus viator.

Marc. 15. 23.

Plutarch. Et sepulchra.

Marc. 6. 10.

Timon ex virtute.

3 Apud Græcos usus in triumpho coronandi victores insignes apio: Meminere & Juvenalis Satyr. 8. v. 226.

Græci apium meruisse coronam. Et Virgilius Egeog. 6. v. 68. Floribus, atque apio crines coronatus amaro. Plutarch. in Sympos. 5. Adrianus Jun. Animado. lib. 5. cap. 21. Iulius Scalig. in Poët. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 8. & Arnobius lib. 5. Advers. Gent. Apium est succi amarissimi: & virtus coronatur ex apio, quippe semper virtutem sequitur amaritudo. Raro virtuti inter homines corona textitur, at ex apio si aliquando: igitur ex malitia pectoris propinat amaritudinem, vel dum exhibent honorem. Hoc est peccatorum obsequium, & studiosius in virtutis officium, Vinnium Myrrhatum.

4 Amplius claret odium. Olim (ait ubi supra Plutarchus, ex quo Dalecampius in Plin. lib. 20. cap. 11.) monumenta apio coronabantur. Ex eadem materia conficitur corona fato sanctorum, & virtutem ex proposito colentium: igitur studere officiose virtuti, est inter malos destinari morti. Apio indiget virtus, dum sagittarum averantium fit scopus: etenim vel in honoribus non ornatur, ut floreat, sed ut sepulta iaceat, & non resurgat. Sciens Ioannem esse virum iustum & sanctum, in custodiam Herodes tradidit vincum. Aspis a vipera mutat venenum. Secus præciperet, si non cognosceret: mancipavit, quippe iustum scilicet: agnovit Ioannis virtutem, quem nocens præteriret, si cognosceret nocentem. Antiquitus nec simulachrum quidem Virtutis sine imagine Honoris, ut ad verum honorem non pareret aditus, nisi per ipsam virtutem. Inter mortales modo implicat, & vicissim decertant. Pervertitur ordo, & ita virtutis evanescit dilectio. Olim honor a virtute: modo virtus ab honore: quam si solum prospicit fascinans oculus; proterit pectus, quia Virtus.

5 Coram Pilato sicut Christus iuxta acta a Præfide iudicandus. Plura ab aetoribus allegata, sed probata nulla. Adducun-

tur mille testes, sed arguntur impostores falsitatis. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissimus eum. Præclara iustitie commendatio! Claudicat opinio, quam fovet affectio. Respicit Præfex & iure, ut consulere cognitioni cautus: siquidem proclive deficiunt a tenore legum, si crimen est auctoritas criminantium. Illis videbatur ad crucem satis, & longè sententia ab intelligentia iudicis: quapropter audenter dixit illis compescens impudentiam: Ego enim non invenio in eo causam. Tunc ergo rabule: Crucifige, crucifige eum. Quo pacto ab illis addicitur morti, ubi Præfex agnovit accitatum sine crimine? Quia in Præfide iudicium rationis, in Iudæis iudicium voluntatis, quam fugit iudicium: & cum matro opponatur sententia iuxta leges, & affectiones; iudex haud invenit ullam, ubi criminatores inveniant causam: quippe voluntas prava designat crimina, ubi a ratione ex iudicio ostenditur innocentia. Sed hoc vulgare.

6 Nullam invenit causam neci Pilatus, & non invenit illic auctores ad Præfide clamant: Crucifige. Morti igitur devovebitur infans sine causa? Nullo modo. Cur adversus iustum personant, dum acta crimina improbant? Non est ratio, cur moriatur. Ecce causa. Ideo morietur. Causa querenda a iudice, criminosa; non verò iusto: esse iustum criminosis esse peccatum. Ecce quomodo moritur iustus. Crimina sane morte plectuntur iuxta legem: & plectitur inter improbos virtus, quia vitiosus crimen. Nullam esse, conatur Præfex exponere, in crucifixionem causam; & tunc petunt ad supplicium innocentiam. Si crimen virtus est, & virtus crimen; contra leges rationis habent legem: etenim ratio potissima, ut suspenderetur cruce, erat carere ratione.

7 Videamus legem. Nullam invenio in eo causam: profert Pilatus. Actum Iudæi: Nos legem habemus & secundum legem nostram debet mori. Nota. Cur si legem habent, non dicant debere mori iuxta quam habent legem; sed iuxta legem nostram, dum iudex in leges nullam invenit causam? Causa non erat, & lex erat? Utique. Non Domini, nec rationis lex, sed propria. Dum dixerunt propriam, dixerunt, quam Pilatus non invenerat causam: igitur illorum malitia detestabilis, in officio præsumptuoso iudicis, ubi lex Domini iuberet condemnare delinquentem; quoniam non habet crimen, damnat infontem. Habent aliam legem in tabulis cordis, repugnantem legi mentis, & captivantem in lege peccati, odio publico innocentia iustus est, qui ab huiusmodi lege

Ioann. 18. 10.

Ibid. 6. 19. 6.

Opposita iudicia voluntatis, & rationis.

Crimen cause virtutis, nullum crimen.

V. 4. &

Condemnatus est, quia non habet.

damnatur. Nocens, qui absolvitur quoniam lex affectionis, qua fugit leges: & Salvatoris, postulantes ad mortem, indicant in nocentiam; dum dixerunt ex malignitate causam: igitur cum virtus deflinitur ad odium, amor ad vitium; qui debebat a iustitia ob virtutes exaltari, secundum legem nostram debet mori.

8 Utrumque ab illis decretum. Scrutamini iudicium. Erat autem in carcere Barabbas tunc propter homicidium vincus, qui quidem etiam famosus Cacus. Volebat autem iudex (hoc destinato in crucem, quia habebat causam) dimittere libere & impune Salvatorem, in quo haud invenerat ullam. Quid ergo illudhoræ aculatoris? Pontifices autem (subdit Marcus 15. 11.) concitaverunt turbam, ut magis Barabbam dimitteret eis. Pilatus verò dixit: Quid ergo vultis faciam regi Iudeorum? Crucifige: responderunt. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant: Crucifige eum. Hem! Quatur anima sape & voluptate latrone, & Domini lege. Vitijs patitur & virtutibus, ut discentiar, vel contentiar iniquitatis, & sciat reprobare malum, & eligere bonum. Lex monet, ratio urget, ut latronem appetitum vinciat, carnis premar, eligat Salvatorem & iustitiam; verum voluntas dicit: Non hunc, sed Barabbam. Proh nefas! Huiusmodi suffragium prestat in peccato voluntas: igitur perperam sibi eligit gratia iurem, & reprobat Salvatorem. Pudeat itaque nos huiusmodi electionis, vel ratione fatuitatis. Quid non faciet malitia in factione, si ita grassatur hominis fragilitate? Quid non faciet ambiens sitibunde honorem, qui ita deficit, ut prætereat breviculam voluptatem? Quid prodignitatis fastu, ubi tora dirigitur cordis ambitio? Quid publica factio, si intra pectus ita affectio? Vel perspicuorem Sole contentues iustitiam, eligent Barabbam. Vel cognoscentes, velint nolint, errorem; eligent iurem.

Marc. 15. 11.

Quam fatua voluntas, dum peccatum eligit.

Ubi eligit factio, perperam eligit.

9 Proposito. Rex Iudeorum, etsi non est causa, postulat ad crucem. Latio insignis Barabbas enixè efflagitur in libertatem, Huius cognoscitur causa, morte digna. Ad illius mortem nec criminis umbra: & iuxta legem exponitur damnatio, & criminosis absolutio? Profecto. Duplex est lex, & iuxta legem Pontifices & Pilatus dicunt ius. Lex rationis, vel ratio iuxta legem; & lex voluntatis, vel voluntas affecta contra rationem. Hac est propria, ideo dicunt: legem nostram. Illa Dei, quæ non damnat, nisi ubi invenit ex operibus

causam. Lex Dei absolvit infontem, & animadvertit solummodum in delinquentem. Lex peccatorum absolvit suffragijs noxium, & damnat iustum. Sic res geritur, dum malitia causas moderatur: duciturque Salvator iustus, ut moriatur in cruce, dum iatro donatur omnium plausu libertate; quippe contentaneum erat legi, Barabbam impune ire, si secundum legem propriam debebat innocens mori.

10 Quia virtus in arduis collocata, igitur perit summa, & tendit in astra; mons alperimus pingitur, cuius in summitate palma confurgat, illicque Virtus quasi in throno insideat. Hoc Innocentius VIII. usus emblemate, tum epigraphæ: Ardua virtutem. Ita videbis apud Stratum Tom. 2. Symbol. & Petram Sanct. lib. 6. cap. 12. Placet theatrum: verum creperum, an hic designetur virtutis honor, vel labor? Laborem iudicium, non maiestatem, dum nanciscitur felix virtus cacumen: igitur patitur virtus adversa, ubi pro palma pervenit ad summa. Intende. Sedet virtus in palma. Malum omen, vel dum in palme umbella explicat maiestatis celsitudinem. Foliorum forma palme vividè imitatur gladium. Adhuc in fastigio throni virtutem comitatur infortunium: igitur eripit vitam, quicquid elevat virtutem, ut adipiscatur palmas: quandoquidem palma in qua thronus erigitur, est gladius quo decollatur. Expertus est huiusmodi penam; qui summè coluit iustitiam. Aristides cognomento Iustus, quia iustus a patria ostracismo expellitur. Huiusmodi exilium, ut notat Aristoteles lib. 3. Politic. minime deinceps ob crimum improbatem, sed ob eximiam virtutem. Qui iustus compellitur urbe cedere. Iure si virtus ingeritur in tribunal pro iniquitate: & dum regnat iniquitas, perit honestas. Averlantur homines virtutem, & illa paver. Averlantur, & perfectionem fugit. Haud vident, ut honorent, sed ut vulnerent. Discrimini patet, vel dum studiose occulitur: quapropter modo prudenter armatur, ne offendatur, dum offenditur.

Voluntas pessima damnat, quod absolvit, & econtra.

Virtus curioset in palmarum Petram Sanctam.

Virtus vel in bono in-

Quid Ostracismus apud Athenienses fuit.

Ravii Textus.

11 Athenienses, qui colentes virtutem ad bovem servandum ostracismo relegabant, intra decennium virtutis eximia pericula ita officiose cavebant. Apud illos (astruit Ravii. Text. in Offic. cap. de Felicit. rem qui præclare gessissent, clypeum per urbem incidentes ferebant honestamenti causa. Pompa n. nova. Ubi myrtus? Ubi olea? Ubi palma, corona, & purpura? Vel si clypeum portat, ubi lancea?



Quisquis peccatorum virtutibus obviat, alie vulnerat

Virtus neminem laedit, sed se protegit. Illa alia in triumphum ornamenta, sunt pro robore corporis, non pro corpore virtutis. Hispanice sine aequivoca voce: Para triumphat el valor, mas no para la virtud. Virtuti clypeus? Quis triumphantum offendit? Quisquis offenderit. Unde clypeo studiosè protegitur, ne lanceis spectantium percussatur. Virtus vel vultu nocentes laedit, eiusque splendorem culpa fallidit: & protegitur clypeo, dum est in triumpho; quippe ni haberet, quo retunderet, clypeum; vulnerata iaceret pluvia telorum. Sic virtus sicut turris David excelsa & pulchra. Mille clypei pendunt ex ea: quia si submissis, sunt mille nocendi artes: unde si desunt clypei, dum vibrantur peccatorum haste; in discrimine tanto patebit vulneri.

Cant. 4.

1. Reg. 18. 15.

Ibid.

Cur virtus armata?

Psal. 90.

Cur tantum clypeus?

12 Rex Saul, quia David florebat virtute, cepit cavere. Abulensis hic quæst. 11. Caput abominari. Invidio, qui errore querit, prudentia displicet. Hæ sunt gratia aule, gratias poterere. Fastidio rependuntur officia, & languent merita. Abominabilis est virtutis studiosus. Exeat ex aula, qui vult esse pius. Caput abominari, eò quòd prudens esset nimis. Infortunium Regis, vel virtutis? Prudentia arguitur? Dexteritas pessundatur? Frequentar a Rege iniquo. Intenderat exitum odio, ut aliqua specie, diabolica excusaretur affectio. Prudentia præcavebat: & dum irrita cuncta cogitabat; habuit principium odium voluntatis, ex origine demeritis dilectionis. Cepit abominari, nec respuit. Bis conatus est Davidem confodere lancea. Elusit fugà. Satiùs fuisset habere clypeum, ut propelleret telum.

13 Aspulator cogitationi, qui declinavit ictus implacabilis invidia. Ne cedat malis occurrentibus virtutis studiosus, dicit: Sento circumdabit te veritas eius. Armis munit virtutem veritas, & non cataphracta illius exponitur speciositas. Numquam enim virtus accingitur ferro. Sit: verum quare circumdatur scuto? Non habet arma virtus, ut alius noceat; sed ut se defendat. Non in expugnaculum, sed in presidium. Sibi consultit, dum homines timeret: & procedens fert pavida scutum, quippe presentit ab hominibus iaculum. Degere inter homines decrevit, quia rationales. Amat a rationabilibus: displicet peccatoribus, qui in eam proferuntur odium, ex visu tantum odorates argumentum: & dum veritas virtutem armat, non solum scuto ornat, imò circumdatur; siquidem quò viderent peccatores rimam, ut velociter caderet, mitterent lanceas. Causa odij exprimitur in virtutis or-

natrix veritate. Quare à veritate virtutis virtus ornatur scuto? Nonne fulgebis à bonitatis ornatu? Inter peccatores minimè. Veritas est rei intellectus cum intellectu adæquata conformatio, ut constat ex Philo sopho, lib. 2. Metaph. Bonitas allicet, veritas mordet: & veritas, quæ odiosam virtutem peccatoribus facit; scuto officiose protegit: igitur vibrantur lanceæ, & tenduntur quasi in scopum sagittæ; quoniam bonitas virtutis minimè adæquatur impiorum intelligentiæ.

14 Par erat virtutem elevari, & iniquitatem projici, sicut statua Dagon coram Arca Domini Dei Israël. O tempora! O mores! In throno vitium sedet, & virtus adinstar Lazari ad inanum divitis iacet. Elevat mundus, quos premer congruit; & crebro premit, quos elevare dect. Insuper vitam ælimat infaniam, quoniam virtus sine honore, & vita iuxta leges procul auctoritate. Siquis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens: profert Paulus. Ille sapit, qui videtur stultus: sape igitur maximam vel in lubrica occasione prudentiam; vocat mundus fatuitatem & stultitiam. Stultus fiat. Hoc est (subdit Salviatus lib. 6. de Provident.) siquis vult esse sapiens, sit bonus: siquidem nostra sapientia non in subtilitate cognitionis, sed in exactione legis. Ubi Paulus dicit, Stultus: legitur Bonus. Ubi summa sapientia, cathedra collocatur stultitiæ? Utique. Non utcumque loquitur, sed in hoc seculo: quippe in mundo virtus ita habetur odio; ut ardua sequi virtutis, pateat stultis argumentum fatuitatis. Voluntatem (cui lex à voluptate) respiciunt regulam. Quid mirum, quòd Paulus gentibus per crucem prædicaret stultitiam? Stultitia virtus? Pessimum signum. Quid si virtus procederet in scandalum?

15 Cohors comprehensum Iesum coram Anna Pontifice constituit; & sicut agnus coram tendente, sic ille obmutuit. Interrogavit vulpecula illa, infulis dignitatis personata, Dominum de doctrina & disciplinis; ac utriusque consulit honori, & testimonio & silentio. Tunc ministri eò progressa est audacia (ex blandimine Principis sepe oritur ministrorum insolentia) ut fines transiens pudoris, atque dignitatem tribunalis, complòs iudicium auctoritatis; alapà læderet vultum, in quem desiderant Angeli prospicere. Horret cogitatio, licet pavida contempletur in candore lucis æternæ patientis modestiam, & impudentis audaciam. Qui tor devoraverat, & placide tulerat, quia lupam modum, iniuriam factam immerito, expr-

Bonitas virtutis odio à nobis inibi hanc datur.

1. Cor. 3. 18.

Salvia

Vita ex hoc vocatur stultitia.

Ioan. 18. 23.

Caditur qui bene operatur quoniam bene.

Ver. 22.

Astutia odij præfatum.

1. Cor. 1. 12.

Ovid.

Fraus tandem reprehenditur.

1. Reg. 29. 17.

preffit; & idâ interroganti, sic respondit: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cadit? Cædit, quia respondit bene. Intenderat fovere responsione accusationem, ut inveniret ex proprio crimine crimen: & impulit modestior responso in ictum, quæ vel furentis quibat suspendere brachium. Sic respondet? Respondit bene? Sanè: sed excaudit se vum præ modestia cor; quoniam respondebat sic.

O ministri! Vigilare, ne sitis dolis Satanæ ministri. Interdum ut excusetur imprudens operatio, desideratur causa, quia non est culpa, & instruitur huiusmodi artificio furela. Non interrogatur, qui delinquens capitur, ut crimen diluat; sed ut habeat. Egred fertur iniuria; & interrogatur, an ferat egred. Urgetur, ut loquatur purgationem criminis, & immediatè dicitur: Sic respondes? Quid deliberandum? Paulus dicit: Quod facio faciam, ut amputem occasionem eorum qui volunt occasionem. Virtutis testimonium eripiet per patientiam corda de laqueo venantium. Respondit Christus bene. Ita minister cognovit, sed ideo faciem excidit. Quantum in virtutem odium, & quale ædium, dum modestia virtutis causat scandalum?

Frande perit virtus. Cecinit Naso Fast. lib. 2. & aliquando ut vivat, & furorem declinet, utitur fraude. Vide modum.

16 Scivit Michol mortem Davidis esse decretam, & futuram; quippe non ignorabat patris iram. Periculi confortem movit, & ille aufugit. Interibi ut læteret custodes, prout occurreret occasio, & tempus concederetur in morulis fugitivo; eformavit arte pilis caparum embolium, fingens personam, & subtrahens in lectulo simulachrum. Patuit dolus ad lumina: hoc enim habent tandem tandem embolia. Arripiunt plerumque fatuorum fidem, quippe patent ad spectiem. Intimè papugit regem industria filie, quasi iuris non esset propter coniugem relinquere patrem: qui dixit fremens, Quare sic illuisti mihi, & dimisti inimicum meum, ut fugeret? Vidit te minima iratum patrem, & regem: cui respondit, Quia ipse locutus est mihi. Dimitte me, alioquin interficiam te. Quid loqueris amens? Contueris frementem in virum regem, & igni furoris subministras fomentum? Non sufficit ira, ut detur causa? Agnosceis coniugis innocentiam, potentis iram, & falso crimine impellis in iracundiam? Si amoris fides in periculo magis rutilat demonstratione; cur non

Tom. II. Taut.

dicis, tibi incumbere, vitæ confortis consilere, & cunctis periculis liberare? Iuris tui est, & muneris vita confortis. Sanè, sed periret propria, vitæ viri ludio coniugis salva. Non ius cum rege iniquo; damnatur virtus dominante tyranno; & quod fecit officio & amore coniugis, fatetur perpetrare timore necis; quoniam si diceret sui muneris fuisse, quod fecit facere; damnaret pater, respondere mueri. Vernaculè: Governando ran mal Rey, era condenarse à muerte, cum plur con su obligacion. Induit Michol cultu violentiæ, quod ni violenta, minimè præteriret: & compit fraudis larvâ erga virum charitatem; ne rex iniquus puniret amoris demonstrationem. Virtus inter tot pericula! Inter discrimina tanta! Propter malitiam hominis virtus infelix. Querimoniam Boëtij lib. 1. Met. 5. v. 28. audiamus.

Nam cur tantas lubrica versat Fortuna vices? Præmit infantes Debita seeleri noxia poena. As perverfi resident colfo Mores solio, sanctaque calcant; Iniusta vice, colla nocentes. Latet obscuris condita virtus Clara tenebris, iustusque tulit Crimen iniqui.

17 Aliqua diximus Tautolog. præc. Didasc. 1. Non est infelicitas virtutis, sed hominis: igitur ideo gaudet & virtus agnosci-tur; quia persecutionibus probatur. Patientia in angore colloata fuit olim iuxta aram Voluptatis: refert Macrobius lib. 1. Saturn. & Vincentius Chart. de Imag. Deor. in Miner-va, cuius collam fasciâ erat ligatum, & os tectum. Vividum effectus patientiæ solum, & gaudij exemplum. Os contegitur, ac angore sigillatur, & in ara Voluptatis patientiæ ponitur: siquidem qui tulerit, & pertulerit anxietatem peccatoris, & dolorem; perveniet patientiæ beneficio ad maximam voluptatem. Qui bene patientes, annunciant; igitur gaudia in penetrabilibus animæ latent. Patitur Virtus in mundo, sed quia patitur, eius merces servatur copiosa in cælo: eius gaudium est poena, quippe in patientia possidetur anima. His superfedeo, quoniam læt egimus Tautolog. 3. Didasc. 3. à num. 12. Non potest dici infelix, quæ hominem felicem facit. Crimen ducit in barathrum, virtus in cælum. Vel Ethnicus monet Satyr. 10. v. 364.

Semita certè Tranquilla per virtutem patet unica vita.

\* \* \* \* \*

Devolu-tur mor-ti respon-dens mu-neri, in-iquitatis quæ-ritur fide

Boetij

Cur Pâ-tientia in Volupta-tis ara? Macrobius Cartha

In virtutis te veng-uis

Luceña

L3

D3



DIDASCALIA IX.

Virgo Tereſia zelatrix honoris Dei.

1 Ita enim de celo plauditur Sera- phinorum Soror. Tanto autem divini amoris incendio cor eius conflagravit; ut merito viderit Angelum ignito iaculo sibi prae cordia transverberantem, & audierit Christum, data dextra dicentem sibi: Deinceps ut vera Sponsa meum zelabis honorem. Ideo Angelus mittitur ut fulmine aperiat pectus, quo cor aestuabat, & viscera flammis urebat. Iaculum minime excitavit incendiam; apparuit in pectore cor ignivomum, ut Angelicum fulmen aperuit osium. Officium charitatis Tereſiae confirmavit Sponsus misso fulmine. Retorqueamus fabulam in veritatem, & odium fictum in praeclearam dilectionem.

2 Quoniam arte medica homines Aesculapius revocabat in vitam, summa felicitate donandam, spoliatis Tartarum, vacuans Avernum fato functis, atque tenebris damnatis; Poetae ferunt, a Iove fulmine de celo tactum. Ita Virgilius lib. 7. Aeneid. v.

770. Tum pater omnipotens, aliquem indignatus ab umbris

Mortalem infernis ad lumina surgere vite, Ipse repertorem medicinae talis, & artis, Fulmine detruisit.

Non indignatus Pater omnipotens, sed sibi complacens fulmen in pectus Tereſiae misit (fulmen amoris, & telum flagrantissimae charitatis) ut pateret referato pectore, qui laebat ignis caelestis in corde. Reducit Tereſia ab inferis quos detruderat noxa, ut penitentia surgant ad vite lumina. Vulnere lethali facebant animae, omnino crimine mortuae. Zelo eximio vulneribus Tereſiae demonstravit medicinam, & de celo fulmen cordis indicavit flamma. Digna quippe specialis honoris, quae inventrix medicinae talis & artis. Inclusus tegebatur amoris ignis in pectore: nequibat caetera corda inflammare: & aperitur in pectore osium, ut amor eius mutaretur in zelum. Verum quid, quod fit zelus, dum igne amoris exardecit animus? Ut esset summus.

3 Distant ni fallor philanthropia & zelotypia. In nullo idiomate aptius proprietates exprimitur, quam Hispano. Zelo, y zelos. Quoniam amat, oritur zelotypia. Quo-

niam non amat, philanthropia. Illa quia plures amant, quod obiectum amoris: haec vero, quoniam non amant plures. Amulatio, quippe subtrahitur, quod ab alijs diligitur: zelus autem, quia bonitas diligitur, ut a multis diligatur. Illa respicit bonum sibi, & tamquam debitum. Hic per se dantaxat respicit bonum. Illa bonum propter estimationem. Bonum hic ob bonitatem. Zelotypia est amor utilitatis. Zelus vero est utilitas amoris. Zelotypia collocat scopum dilectionis non tam in amore, quam in modo amandi: modus autem zeli est, diligere, & diligi sine modo. Inritus zelotypia, ut nemo, quod diligit diligit, zeli vero, ut nemo sit, qui quod diligit, negligat. Zelotypia denique oritur ex eo, quod deerecit excellentia magnitudinis, si in plures rivulos dividitur flumen amoris: excellentia tamen cordis aestuantis zelo, quod inter plures & plures dividatur magnitudo. Languet amor in multis, sed multis ardet zelus amoris: igitur citat crescat flamma, dum multiplicatur corda; amor Tereſiae commutatur in zelum, ut perveniat ad summum fontem col-

um, ut perveniat ad summum fontem col- lum, ut perveniat ad summum fontem col- lum. Volebat summe amare Dilectum; & sibi videbatur, non sufficere cor unum: unde ut votum nancisceretur; sollicitavit per zelum aliorum corda, dum aliena salubriter zelotypia.

4 Querulus Sponsus dixit Amasiz: Vulnerasti cor meum soror mea sponsa. Altum sane quodcumque vulnus in corde: ac qua culpide? Uno crine. My. Uno crine est locus vulnerei? Typo zeli concitatum erat pectus, illicod ut videret crinem devium in Dilectae collo Sponsus: & inter Sponsos quod labilis pili, profecto summi momenti. Offendit in uno crine, quippe vel unus offendit. Declinavit incuria collo, & declinata visa fuit sollicitudo. Cogitatio, quae signatur crine, apparuit vulnus in corde. Etiam cogitationes sunt Dilecti, quia ipsi preparantur cogitationes: & qui urit introrsum emulatione, offendet etiam in crine. Crescit zelus, quantum amor crescit: ait Alapide in Ezech. 5. 13. & amor caspit in capillo, dum ducitur zelo: quippe ni sola respondeat, ubi diligit; ut iuris est, non respondet.

5 Claret Sponsi propositum. Moysis ergo consideremus intentum. Excanduit adoratione vituli, quia offensus Dominus: dixitque ductus amore, Si quis est Domini iungatur mihi. Si ille solum potest flammam ostendere peccatoris, ad quod sollicitat alios in fidem amoris? Si cogitatio, in crine casu flexo, diligentis cordis visa fuit Sponsio in aliud cor propositio cogitatio, ita ut capillus ne-

neglectus, in corde, cogitatione sola faceret vulnus; cur alia corda non despicit cor flagrans amore Moyses, dum societates immittit intentionem voluntatis? Uterque laborabat amore. Sponsus flamma zelotypia: Moyses zeli. Quare zelus alia corda, ut in proprio corde dilectionis crescat flamma; sed zelotypia, ne crescat: unde Moyses aliena corda sollicitat; quoniam quod vulnus zelotypia, cogitanti in amore rivalem, zelo peccatoris in dilectum tendentis, est suavissimum blandinum. Moyses morderet, si solus diligeret. Non sibi in amore, sed dilecto consulit: igitur intendit animus, ut cognoscatur, amore quam dignus. Plura corda habet, & plura quaerit. Amor ignis est: in se cuncta conatur convertere; & amor confertur igni, quoniam quod plus habet, magis fitit.

Inebriemus patrem nostrum vino: dixerunt filiae Lot. Ad quid vino? Sollicitabant corporis ebrietatem. VINO igitur dicunt apte, quandoque anima inebriatur amore. Inebriatio rapit mentem, sed a corpore: amor rapit mentem, sed a mente. Tereſia. Longum bibebat amorem.

Qui large bibit vinum, faciat vinum. Secus in dilectione dilectio: etenim large qui bibit amorem, nunquam novit sarietatem: & in Tereſia, ita crevit dilectionis flamma; ut large pota, & ebria dulcis charitatis poculis, nunquam perfectioni & amori dixerit: Satis. Singularis utique potus! Est amor, vel zelus?

Discrimine zeli, & zelotypia

Curammi Tereſiae mutat in zelum

Cant. 9.

Zelotypia offendit in crine

Alapide

Exod. 31. 26.

neglectus, in corde, cogitatione sola faceret vulnus; cur alia corda non despicit cor flagrans amore Moyses, dum societates immittit intentionem voluntatis? Uterque laborabat amore. Sponsus flamma zelotypia: Moyses zeli. Quare zelus alia corda, ut in proprio corde dilectionis crescat flamma; sed zelotypia, ne crescat: unde Moyses aliena corda sollicitat; quoniam quod vulnus zelotypia, cogitanti in amore rivalem, zelo peccatoris in dilectum tendentis, est suavissimum blandinum. Moyses morderet, si solus diligeret. Non sibi in amore, sed dilecto consulit: igitur intendit animus, ut cognoscatur, amore quam dignus. Plura corda habet, & plura quaerit. Amor ignis est: in se cuncta conatur convertere; & amor confertur igni, quoniam quod plus habet, magis fitit.

6 Inebriemus patrem nostrum vino: dixerunt filiae Lot. Ad quid vino? Sollicitabant corporis ebrietatem. VINO igitur dicunt apte, quandoque anima inebriatur amore. Inebriatio rapit mentem, sed a corpore: amor rapit mentem, sed a mente. Tereſia. Longum bibebat amorem.

Qui large bibit vinum, faciat vinum. Secus in dilectione dilectio: etenim large qui bibit amorem, nunquam novit sarietatem: & in Tereſia, ita crevit dilectionis flamma; ut large pota, & ebria dulcis charitatis poculis, nunquam perfectioni & amori dixerit: Satis. Singularis utique potus! Est amor, vel zelus?

Dura sicut infernus emulatio: dicitur a Sponſio. Novum profecto symbolum, Inferno confert, qui novit amorem, zelum? Ne. Pariter (ait Alapide hic in 2. sens.) ebrietas est insaturabilis: nam quod magis diligit Christum, eo amplius & amplius diligere cupit: ac cum multas ei animas lucratur, eo plures & plures lucrari fatagit. Haec enim amoris emulatio, & Tereſiae emulationis definitio. Arduum emittit votum, efficiendi semper quicquid perfectius esse, intelligeret. Si locus virtutis in altris, Tereſia tendit in locum. Virtutis virtus parit utque in finem splendorem, & ducit de lumine lumen. Aptius poterat dicere, quam Mezentius apud Ovid. Fastor. lib. 5.

Stat mihi non parvo virtus mea. Vulnera testor, Armaque, quae sparsi sanguinis saepe meo.

Semper lursum cor, non quiescit: unde inferno comparatur; quoniam nunquam dicit: Sufficit. Inftar fluxij est amor Tereſiae: quoniam longior, ditior: igitur in quolibet viae labilis decurrit maior perfectio. Plus semper

optabat cor, & dum plus illud habebat, optabat plus. Semper altiora, semper ultra, & ultra altiora. Velut pila nivis, positur perfectionis avida, voto: candor vitae grandescit eundo. Non invenit casta columba, ubi requiesceret pes, umquam conversa retrorsum. Semper in caelum.

8 Quid: non quiescit? Quiescit in motu, donec requiescat. Fit sane singularis, donec tranſcat. Est Tereſia primum mobile, quiescit in cursu velocitate, & movetur in quiete. Hoc ingenium amoris cogitant Seraphim. Duo Domino asistentes in throno volabant & stabant. Utrumque? Si volabant, quomodo stare prohibentur? inquit Bernardus de Verbis Isaiae, Scrm. 4. Motus opponitur quieti: & quies videbatur, quia velociter motus. Volare volatu, quid commune. Aliquid in plenitudine amoris ostentandum singulariter: & novum quidem, quod volarent, cum requiescerent; quod volarent, &arent. Eadem quaestio de Sorore Seraphim. Quomodo votum de perfectioribus altruet Tereſia, si inter humana haud occurrit perfectiora? aliquando quievit necessitate conditionis, & conditione carnis: quomodo vel in quiete motus, vel nonnumquam adorsa, quod perfectius? An quia ita volabat mota charitas, ut quies videretur charitatis velocitas? Vel motus abnuitur, eo quod per velocitatem, qui motus non videretur? Perfectus fuit respectivum, quippe nequit esse absolutum in varietate diversorum actuum. Quiescebat, & semper eligebat perfectius, quoniam vel in quiete motus, Quiescebat, sed quiescendo, motu, & perfectione ampliore; quippe volabat in quiete. Hoc fuit Seraphim, & Tereſiae commune, stare in throno, & volare. Quid mirum, quod in quiete volaret, cum in volatu requiesceret?

Aptius delicabatur, & principali proposito Charitas (ut vidimus ex Cornelio) insaturabilis, nunquam dicit, Sufficit: igitur quod plus diligit peccata, diligere fatagit amplius. Motus est, in quod non habetur; ut habeatur. Quies dum habetur: & Tereſia in throno perfectionis stat, & volat? Quiescit & movetur; quippe movetur in quiete. Volabat, & quiescebat; stabat, & volabat. Semper stabat, & requiescebat, motu acquiescita quod ultra: & semper volabat, quoniam volabat ampliora.

9 Tereſiae vitæ dedit perfectio fontem; quoniam concessa vita iuxta perfectionis tramitem. Plura in vita Christus pro hominibus subjicit, quae crudelitas in illum cogitavit: sed ut consummatum est, inclinatio capite

Quod zelotypia, uti blandimenta zelus, & zelus.

Genef. 29. 33.

Virgil.

Tereſia ebria amore.

Cant. 8. 6.

Insignia zeli.

Alapide.

Votum singulare Tereſiae.

Ovid.

Prov. 30. 16.

Semper ultra.

Isai. 52.

Bernard.

Vel in quiete volabat.

Quomodo praeſentia non si Tereſia?

Quo pae ho motu quiescit, & quiesce motus.

Cor Tereſiae transfuditur amoris fulmine.

Cur de caelo tacta, girat.

Virgil.

Rampi sur cordis flamma, ut erumpat in proxi morum gorda.



Ioann. 22. 30.

Plusmer  
tis causa  
quippe in  
virtute  
non ul-  
tra.

Psal. 54.  
a

Apoc. 8.  
p.

Rayc.

Gratia  
similis  
utui ma-  
ris.

Semper  
studens  
perfectionem  
sua

Dvid.

Dum  
plus pot-  
est, sit-  
it.

*pute tradidit spiritum.* Non vivit ultra? Ad quid ultra vita? Vita concessa & fota tormentis superandis: sunt in patientia catenis: & statim victoris defecit vita, quoniam omnia consummata. Patuit haud alia causa in morte Terefia. Meta perfectionis terminus vitæ. Quicquid perfectionis, ab amore consummatum; & tradidit illic spiritum: etenim nequibat ultra procedere vita, si in perfectione non erat ultra, sed meta. Nihil restabat superandum, nec vivendum. Unde mors vitæ designando finem, designavit etiam in Terefia virtutum consummationem. Volavit, quoad vixit; & vixit, quoad vult volare. Quis mihi dabit pennas, sicut huius columbæ? Volabo & requiescam: siquidem (negligentia pudet) sero requies in throno, nisi perpetim volando. Signum erat vitæ, studium de perfectione (non credas verè Monachum, si fugit hoc sine studium) quandoquidem plus amans, plus in amorem petebat; & plus petens, plus amabat. Quò magis vehemens dilexit, eò magis diligere concupivit.

10 De iustis dicitur à Ioanne, quòd *habebant animas in mari.* Iustorum animæ in manu Dei sunt. Quomodo in mari erunt animæ iustorum? *Per mare gratiam interpretamur:* subdit Haye hic. Dissona planè videtur gratiæ similitudo cum hoc mari magno, & per terras spatioso: etenim gratia, uti fons benedictionum dulcedinis, voluptatibus abundat; & aqua maris, uti maris, palatum vel gustantis maxime operè exacerbat. In mari etiam immobilia moventur. Cum gratia vel commota sedantur. In quo ergo aqua maris obumbrare poterit gratiæ inestimabile bonum, ut animarum gloriæ scilicet bandarum, sit speculum? Iustorum animæ, quoad fuerint in hoc mundo semper inhiant perfectioni: & aquæ maris & gratiæ fit studiosè collatio; quoniam cui placet perfectio, esse debet cum gratia, ut sit, in continuo motu.

11 Deinde. Aqua maris pota non sitim placet, sed excitat. Non bibitur aqua maris, sed solummodo sitis: & conamen in culmen perfectionis describitur, ubi mari animæ iustorum collocantur; quippe de virtute in altiore procedit semper conamen, nunquam inventionem finem.

*Quò plus sunt pota, plus sitiuntur aqua.* Cecinit lib. 1. *Passor.* Ovidius. Hydropticæ animæ gratiam bibebant, dum de torrente voluptatis potabant. Verum cum plus sitirent, quò plus potarent (quippe sitiuntur aquæ, quæ plus sunt potæ, sitim magis excitantes, extinguentes) confertur iure aquæ

maris, annulus nanciscendi cacumina perfectionis: igitur iustis desiderantibus sitim, pota refocillationem; ipsa refocillatio causaliter potantibus sitim. Quod sitibundi bibunt, ut sitis quietet; magis bibendo sitim, sitim efformat. Ex amore sitis procedit. Si ex amore, quoad fuerit in mari, quoad vixerit anima in mundo, non dicitur: *Sufficit*, sed uti sitibunda, ellò satiata, incessanter: *Affer, affer.*

12 Dicit vera Sapientia, quæ stat in gratia. *Qui bibunt me, adhuc scient.* Vividiorem sitim habet, quisquis ad huiusmodi fontem urente siti, vel satiata accesserit? Si æstivantes siti haeruerint, & exhauriant aquas; qua lege bibentes sitis experiantur angustias? Usque ad satietatem inebriantur, & adhuc sitiunt? Sanè: bibunt sitim, quippe bibunt amorem. In aliquibus aqua gratiæ dulcis; igitur gratia fons in vitam æternam aquæ salientis. In alijs velut mare; student equidem incessanter perfectioni. In perfectioribus appetitus aquæ gratiæ nec similis aquæ dulci, nec aquæ maris; sed dumtaxat aquæ amoris. Bibitur amor, ut vidimus in *Exposit. litter.* num. 28. Unde illud.

*Fis viatrans oculos, oculi figuntur, ab icu Vulnus in acta virum sensum præcordia manat.*

Amor ignis est, & amorem excitat, imò concitat: ardor etiam sitim concitat: & qui bibunt huiusmodi sitim, sitiunt adhuc vel potantes fontem; quippequam amor sitibundus desideratæ gloriæ, magis ac magis aggravat sitim insatiabilis gratiæ. Sitim excitat gloria mediâ gratiâ: & non satiatur anima, nisi appareat gloria. Negabitur in dilectum avida sitis, si occultetur facies? Libet appetere, dum negatur frui.

13 Speciali cordis dilectione, lucet huiusmodi sitis in charitate Terefia. His gradibus construxit usque ad fastidium virtutis scalam. Ita oportuit pati, ut intraret in gloriam. Desiderabat Terefia in obsequium dilecti, aut pati, aut mori: & dicitur esse in mari; quia ubi patitur acriora tormenta, sitit acriora. Adhuc sitit, ut amplius bibat; & bibendo sitit adhuc. Accessit libitò ad cruciaminum fontem, & etiam in cruciamine bibebat sitim; siquidem amore dilecti, quò plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ. Ita clamabat fomina ab Amore petita, apud Achilem Boech. lib. 1. *Symb.* 7.

*Unde igitur flagrant? reditvivi unde ignis, origo.*

*Si sunt in cinerem corda redacta semel? Hac tamen asiduis uruntur pectora flammis.*

Prov. 30. 15.

Eccli. 24. 28.

Amor bñ  
bitur.

Caspe  
Barth.

Aquag  
tia est  
flamma  
ignis

Amor pñ  
si defice-  
rat, ut  
probetur?

Ach.  
Boch.

Quo

Cnr defi-  
derat Te-  
refa pa-  
ti, vel mo-  
rit

Canc. 8.  
6.

Nunquã  
faciatur  
suis ignis  
amoris.

In quo  
suma ze-  
li Tere-  
fia.

*Quoque magis flagrant hoc magis ipsa gemo.* Per doloris vestigia intendit Terefia vulnera indicare charitatis; quoniam stigmata dilectioe sunt pulsus ex motu cordis. Ideo non morbo diem ultimum clausit, sed foris dilectio, ut fortis, vitam arripuit: voluptasque ex tormentis pro dilecto palam exponitur; quippe ni pateretur, moreretur. *Aut pati, aut mori.* Morienim morte vitaliper passionis amplectitur; ne sine morte quoad vixerit, moriatur. Verum de hoc amoris paradoxo, late aliquando.

14 Cursum stectamus ad semitam, ut clareat, quomodo sicut inferni, zeli describimus flammam. Infernus quòd plures animas recipit, plures incessanter appetit. Cava guttura pandit, & insatiabiliter. Os patulum, & frequenter: ignique zeli ardentis confertur igni inferni perpetuò flammam halantis; quoniam quòd magis habet, amplius, ut plus sitiat, sitit. Ecce cor flagrans Terefia. Igne amoris in corda vehitur, & dulcedite lucratur. Iam habet corda, verum iniqua adhuc flamma. Non est ignis utcumque, sed ignis zeli animarum, insatiabilis: & crescit cordis aviditas, quò plures habet acquisitas animas. Non solum est amor, sed zelus amoris, qui confertur igni animabus insatiabilis: igitur quò augetur pabulum, crescit incendium. Hinc Angelus rumpit cupidè pectus, vel signans, quòd cum pauperibus, debilibus, cæcis, & claudis, adhuc est in pectore locus, vel ut recipiat omnes, extendat sinus. In igne zeli devorabitur omnis terra. Ambit quo flagrat & festinum incendium, ut mittat ignem in terram cordium. Tendit in corda veluti vorans ignis, & cum plaribus cordibus crescit ignis zeli cordis.

15 Diligenter inhaerendum verbis Christi, dum Angelus pectus Virginis pertransijt dulci mucrone. Dextram Sponsæ dedit, & protulit: *Deinceps ut vera sponsa meum zelabis honorem.* Hæc verba non notant zelotypiam, sed philanthropiam: siquidem verba non sunt zelatoris, sed zelandæ maiestatis, & Sponsi nimum honoris Sponsæ credentis. Zelatur Sponsus Sponsam, & deviet vel minimâ cogitatione à Dilecto. De amore virginis Terefia non est Sponso suspicio, nec mica cautio. Perfecta charitas milit foras timorem, quoniam amor in Sponsum Terefiam educerat, in ipsa, extra humanitatem. Sponsa zelatur honorem proprium, ceterum docta fulmine zelotypia. Non ita flamma zeli in perfecta charitate, quippe modò flagret cor, non querit

quæ sua sunt. *Est autem estaticus divinus amor* (ait Areopagita de Div. nomin. cap. 4.) *non sinens seiplos esse amantes, sed amandorum: & honor Sponsi committitur Terefia zelo; ut zeli cordis Terefia emineret magnitudinè siquidem honorem non querit, modò splendat illelus honor Sponsi.*

16 Audire Paulum, sed inebriatum amore, uti hic in *Sponsi cap.* notat Alapide. *Emulor enim vos Dei emulacione: despondi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo.* Iam de tenebris vocatæ anima in admirabile lumen, & copulata Domino pro amore. Mea interest, vos amori respondere, ne deficiatis propter fidem idolotrum a data fide. *Vigilate. Despondi enim vos uni viro, Christo Domino, & dura est, quemadmodum infernus emulacione. Emulor enim vos.* Sit ergo: verum quid Paulus? Qui habet sponfam Sponfus est: amicus autem sponfi gaudeo gaudet, propter vocem sponfi: ceterum non emulatur; quoniam ipsius est zelus, cuius est honor. Ad quid igitur zelum harum animarum exponit Paulus, si Paulus non est Sponfus? Ut demoustratione clarescat Pauli charitas, & zeli flammantis summitas. Iam anima Pauli Christi Sponsa, amore celesti Sponso coniuncta: & emulatur emulacione Sponfi, quòd congruit dignitati Dilecti; ut pateret quanti anima, & zeli quantum incendium, cui Sponfus zelum crediderat Sponfarum.

17 Uterius. Anima iam est perfecta, si in dilectione possideret non zelanda: verum non in summo perfectionis gradu, quousque probet dilectionem zelo. Zelus intendit non consulere sibi, sed honori & maiestati Dilecti; ut non inveniat per ignem charitatis etiam levem offensam in Sponsis: emulaturque anima Pauli vehementer zelo, quas animas desponderat fidei vinculo Christo quoniam minimè obtineret amor perfectio. nis cacumen, si in Sponsis Sponfi ut proprium zelaretur honorem.

Deinde. Despondit Paulus Christo animas Corinthiorum tanquam virgines castas; quo casto iugo ad Christum, uti Sponsum, spectabat emulacionis severitas: & emulatur charitate Paulus, quòd zelari emulacione ne debebat Christus; quippe pro honore Sponfi nihil faceret magni, ni in cor transferret zelo zelum Sponfi. Protulit ipse: *Despondi vos, sed emulor vos emulacione Dei,* cui vos despondi. Non propria emulacione non. Quomodo ergo emulatur, si non propria? An quia facit Paulus, quicquid facturæ Sponfus: Utiq. Emulatur Paulus, & emulatur Christus; sed anima Pauli emulacione

Dionys.  
Areop.

2. Cor.  
11. 2.

Specialia  
Sponse  
amor, cui  
Sponficre  
dicitur bo-  
nor.

Et respñ  
cit sui  
proprium

En in se  
transfert  
zelatoris  
zelum.



tione dilecti præ nimio zelo, quem fovebat in corde; præ charitate nimia, quæ urebat flammâ: siquidem zeli in urgentia, honor dumtaxat sibi, quod erat honor Sponsi. Vera Sponsa non se quarit: propositum tantum dirigit, ut ubicumque inveniatur, vel quomocumque amantem, eius zelator honorem.

18 Denique. Amulatur Paulus, uti Sponsus, & uti amicus. Qua lege? Propter vocem Sponsi: igitur amicus præ vehementia charitatis, Sponsi gerebat vices: & confonum, quod erga Sponsas zeli cordis exprimeret ignem; dum Sponsi zelator gerebat vocem. Aliiter cogitabo. Amulatur Paulus, at per se non amulatur, sed æmulatione Sponsi, cui Sponsa tradit fide. Quo ergo pacto amulabitur Paulus, si in illo ad unguem amulatur Sponsus? Ad quid igitur zelus in zelo, vel in æmulatione alia æmulatio? Ut rutilem quid in pectore zelante construat insignis dilectio. Qui aliquomodo amat, corde tendit in dilectum. Qui pro dilecto amulatur, dilectum transfert ad cor: & dum Paulus amulatur, non dicit, quod propria, sed quod Sponsi æmulatione amulatur; quoniam si Sponsi zelatoris zelus manet in pectore, signum est, quod Sponsum habet in corde.

Imo Spon som.

Galat. 2. 20.

Dionys. Arcop.

19 Astruat ipse, quem zelus illustrat. Vivo autem, iam non ego, vivit verò in me Christus. Ingenio zeli factam huiusmodi metamorphosim, arbitratur Dionysius ubi supra dicens: Divinius est nomen amoris, quam dilectionis: talem habebat Paulus dicens: Vivo ego, iam non ego, vivit verò in me Christus. Periodum modò speciosam scutumur. Vivo ego, verum ego non vivo. Vivo ego, quia Paulus: at non ego, quoniam vivit in me Christus. Quomodo intelligenda vita Christi, & vita Pauli? Amulando Christi Sponsas æmulatione Christi. Si anetur, dicatur Christo, propria Pauli zelatoris æmulatio; vere diceret Paulus: Vivo ego. Verum, cum Sponsi zelo zelaretur pro Sponso; vere dicit: iam non ego. Ego, quia vivit Paulus. Non ego, quippe in Paulo vivit Christus: igitur non amularetur Sponsas æmulatione Christi, nisi Sponsum æmulatorem Paulus haberet in corde. Amulor enim vos, sed æmulatione Dei; quoniam vivit in me Christus, dum pro Christo in pectore exarsit zelus: qui quidem zelus nequaquam pectore arderet, nisi in corde zelator incundissimè habitaret. Amulor enim vos, sed non pro me, sed pro Sponso; ubi non ego: quippe in hac vehementia zeli tantum fatago de honore, propter honorem

Habetur in corde sponsi etia

Sponsi. Amulor enim vos, etiam pro me, & ubi Ego: igitur habeo honorem tanquam proprium, si pertinet ad dilectum. Amulor enim vos, nec pro me, nec sine me, ubi ego & non ego; præter discernit amulatio. Ego, si actus zeli flammâ, conspicio ignem: pectus. Non ego, quippe in pectore igitur vivit Christus.

20 Quid Teresia dicemus ad hæc? Es Teresia, vel non? Vivis, vel non vivis? Vivo ego, iam non ego, vivit verò in me Christus. Non mirum: cum amoris igne, & flammâ zeli, Teresia sit Iesu, Iesus Teresia. Vivit Teresia, & est ipsa, & non est ipsa, alia & eadem, ipsa & alia. Amulatur Sponsas, quas spondet, æmulatione dilecti; quoniam in zelo despicens se, traxit Sponsum ad cor. Vivit in illa Christus, & iam non illa: igitur flamma illa, quæ zelo proprio rutilabat in pectore, erat Sponsi habitans in corde. Quanti erat Christo Sponsa Teresia? Quanti anima! Quale cordis incendium, cui Sponsus zelum remisit? Sponsarum! Omnia poma nova & vetera (quibat dicere) dilecti mi servavi tibi. Quanti erga Sponsum zeli fulmen, cui zelotes Sponsus credit honorem!

Christus cur ex quomodo in Teresia corde

Cant. 7. 13.

s. Regi 19. 10.

Però zelus, qui honori Dei solummodo consulit.

21 Ergo veniamus ad visiones & revelationes Domini. Prophetis falsis occisis, & destructis aris Baäl processit Elias festinus usque in montem Dei Oreb; ubi recreatus divina visione. Unde ergo origo tantæ, ac talis liberalis gratiæ? ipse dicit: Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum. Dignitas prophetarum ab idololatriæ proculcari, & auctoritas ministrorum Dei omnino despecta, sequente populo partes Regniæ, dedit a prioribus unguis idololatriæ. Honor simul Dei cum ministris iacebat. Elias zelo percussus iniuriam vindicavit: & postquam raptus huiusmodi flammâ zeli, dignatus in mundo superiori visione; quoniam propriam non defendit protritam auctoritatem, sed in zelo dumtaxat Domini honorem. Ideo zelo zelatus: quippe pectus flammivomum haud in zelo habuit propositum, præter zelum.

22 Congruum itaque erat, ut tantâ gloriâ donaretur, qui certatim pro illa stetit fortis, & periculo capitis. Fide Domino exercituum, vero Deo publico federe obstricti filij Israël; & defecerunt à fide propter Baäl, pellice idololatriæ, servituum simulachrorum, dereliquentes pactum, & honorem Dei neglecto, neglecto cultu. Sicut facula ardens Elias surrexit, & pellets in cognitionem reduxit, ut fervarent zelatori datam fidem, quoniam in anima Sponsa nunquam patitur rivalem. Deus diligentes dili-

Et Deus tunc consuit non suis entis.

diligit, colentibus favor: & elevat zelatorem Eliam in visionem, & revelationem magnam; quippe dignum, quod ad visionem elevaret insignem, cui tutò crediderat, ut defenderet honorem.

23 Zelo zelatus est. Vividè, etenim zelum zelus elat zelo. In Domino debebat poni zelus, quoniam idololatriæ cultu exautoratus (obiectum enim offensæ claret origo vindictæ) & minime in Domino offenso, sed in Elia, zeli Domini concitatur flamma; quoniam honorem despectum zelus Eliz vindicavit ut proprium: etenim in eius pectore pro Domino valuit zelus, quem pro se pugnant habiturus Dominus. Pro Domino. Quid? Digne cœlestis visio, ubi zelatur pro Domino. Pro Domino. Nonne Dominus? Utique, sed in illo: & signatur pro Domino zelus, quod eius pectus habitabat Dominus.

Conceditur summus bonor zeli si bonor

Cur Angelus in Teresia latet iaculo amoris speravit

Cant. 2. 4. Habetur cunctoribz genas.

24 Imitata est Teresia zelum Eliz, ut coruscaret nobis decor Carmeli. Hinc intelligitur ordo præfatæ visionis. Tanto dicitur divini amoris incendio cor eius consummavit, ut merito viderit Angelum ignito iaculo sibi præcordia transverberantem. Cur ergo dicitur Merito? Ut effectum nancisceretur æmulatio. Ignis ille ardentissimus in pectore haud inflammare poterat, quoniam ibi quiescebat reclusa flamma. Conabatur egredi, sed acerbat sine exitu impetus vivacis flammæ. Illam sepelisse militis aperuit Teresia latus; ut corda obvia quæque zelo inflammaret, & inflammata in proprium pectus alliceret, currentibus in Sponsum cum Teresia, quæ habebat flammâ zeli cunctorum corda.

Gemina Venus.

Fabula de Venere celestis in omnibz converfa

Per Teresiam in sponsis Christi vite san dor.

2. Cor. 3. 2.

Paula amore ad se corda trahabat.

25 Quæ Sponsæ prærogativa, miramur iurè in Teresia: vel aptius, uti vera Sponsa implevit umbram per amoris ardentis rutilam flammam. Trabe me (poscebat anxie) post te curremus in odorem unguentorum tuorum. Si illa trahitur, quomodo adolescentulæ trahentur? An quia trahuntur per illam, & adducentur Regi virgines post eam? Sit, Benedicta Teresia: verum, qua lege proximæ eius afferuntur tibi? Extendit ignis focus latera in pectore: & Teresia currente, currunt & proximæ; quippe corda quæ charitate in odorem Sponsi flamma excitaverat, secum in pectore expugnatrix habebat.

26 Charitas eximia, & vehemens obumbrata est à Priscis sub nomine Veneris. Qui quidem binas sinxer, terrestrem scilicet, & cœlestem, quam signabant Antiverem, seu Veneris victricem, Charitum fontem. II. Taut.

Ovid.

27 Delicatur textus Sponsæ Teresiæ; igitur sub specie columbæ purissimam animam Deo reddidit, inter alias sponfas, dum volare è mari mundi ad alta, insignita iure purpure; quippe in eius pectore sederat flamma. Illa rubra charitate, flammæ colore, quæ decoloravit Sol (videte, cur fusca sit. Vocabatur Haumada.) cum reliquæ volarent candidissimæ. Candorem acceperrunt ab igne charitatis Teresiæ: cum quæ currunt, corrente solâ Teresiâ; quoniam secum habebat cunctarum corda.

Panas sumpere, tuæque Contingis in volucres niveas abiere columbas. Unicuique unum cor datum. Quot habet

Man beg



habet Teresia & Multa. Erat peccus thronus proprio cordi, pluribus carcer. Ruppit Angelus lactio carcerem, pectoris; egre-  
gine, seu potius erumpente flamma cor-  
dis, quae quidem cum corda inflamma-  
ta attraheret; nec fuit illam, quod per  
vulnus certatim non introiret. Secum Tere-  
siae charitas, & zeli sublimitas habet Gra-  
tias. Attraxit pectora, & gratijs fecit vin-  
cula, ne fugerent nisi in caelum semel capta.  
Currit illa, & cum illa currant corda. Ele-  
vatur pernix columba in caelum, ut videat  
Sponsum; & illam, uti de Phoenice canit  
Claudianus v. 761.

*Lamentata comitantur aves, stipatque volantem  
Alisum suspensa cohors: exeretis ingens  
Obnubis vario latè convexa meatu.*

DIDASCALIA X.

*Iosephi de Virgine zelotypia  
insignis amoris nota.*

**D**ifficilis fide videtur assertio,  
cum sit dura sicut infernus  
amulatio. Sicut infernus? Utique. Qui man-  
cipari inferni ignibus, sequentes & obse-  
quentes cupiditibus, iudicantur felicita-  
tem perpetuam, voluptatem haud fluxam;  
stipatam à tergo dolore, apparituro haud  
quaquam in vitæ sine. Prohibitabat iniqui-  
tas adamata gaudia, cui inbitò cedebat vo-  
luntas. Alliciebat rationem apparentia,  
quam ducebat sensualitas; ita ut totus ho-  
mo nō aliud, nisi voluptatem amaret, ut to-  
ta totū firmitate responderet. Tandem tan-  
dem venit finis, & fidei voluptatis articulus;  
ac in flammis, qui stabant stipulatis, serò di-  
cunt: *Ergo erravimus.* Hic infernus, igitur  
patere gaudia, gaudia ficta; amor lu-  
cens, niens flamma, blanditæ, illecebre; de-  
licie doli; amplexus, decipula voluntatis;  
ocula, insidie rationis, ubi magnitudini fi-  
dei nulla fides; verum lassati fumus in via  
iniquitatis, & perditionis, ambulantes vias  
vel amanti difficiles: patetque peccus infer-  
nus, dum amittit iniquitatis patet dolus;  
siquidem cor perpetitur infernum, ubi ad  
oblitum quo gratè pulsavit amor, ingratiè  
desperatus responderet dolor.

O quam aptè gratis dicebat David:  
*Erant animam man ex inferno inferiori!*  
Ex inferno deorsum; quippe anima pati po-  
test infernum sursum. Amor fatagit de sin-  
gularitate; ut in uno floreat fide. Hinc Othio  
Vanus Amor. Emblem. 2.

*Unum amat, enferi unum, unum ecce coronat,*

Rapuit  
Teresia.

Claudi.

Cant. 8.  
6.

Iniqui-  
tas fatis  
ambiguit.

Sapient  
5. 6.

Redunt  
pro vo-  
luptate  
dolorem.

Pf. 85.  
13.

*Et reliquos numeros in pede calcet amor.*  
*In plures quoties rivus deducitur Amnis,*  
*Fit minor, atque unda deficiente, perit.*

Et in Canticle Sponsa: *Dilectus meus mihi,  
& ego illi.* Hic est amor, & oritur zelus,  
non quia diligens non diligitur, sed quia  
solum diligens, non diligitur solus. Ambit  
dilectijs Sponsus Amantiam, cur eor creditur,  
cui voluntatem non diligitur, sed quoniam vo-  
ta, ut fidem firment obsequia, & consue-  
ment studia, gratulans sibi de felicitate,  
quippe que sola placuit, conlat dignissimi-  
ma amore. Fidem exhibet obsequijs, sed illa  
non habet fidem. Singulare diligit; sed  
illa odit singularitatem. Gratus amore mul-  
cet, verum illa non respondet, sed fastidit;  
vel h responderet, offendit ingrata; quoniam  
voluntas in diversa divisa. Elusa est Spon-  
sio ratio, & voluntatis dilectio. Zelotypia ori-  
tur: que quidem inferno iure confertur,  
quoniam formis doloribus cruciatur Spon-  
sus, dum dicant intellectus & voluntas: *Er-  
go erravimus.*

Zelus exzelotypia, non potest esse  
dilectio, sed suspicio. Hispanice. *Son recer-  
los, y no zelos.* Ita zelus, amantis volunta-  
tis quit esse filius; sed nothus: igitur licet  
fateatur, quòd valet; valetudine languescit.  
Non est mortua, verum inacet moribunda;  
& proximam utique cuiusmodi articulo, quòd  
expiret invalida dilectio. Ignè aliter, sed  
ita levis, ut igitur: ita remotus, ut algeat.  
Eclipsis est Solis amoris, & deliquium pec-  
toris, vinculum mentis, phrenetis rationis;  
frigidus ignis, amor informis, flamma ex-  
tinctæ, vel ad summam, ut canit Ovidius  
lib. 1. *Metamorph. fabul. 2.*

*Mista cum frigore flamma.*

Flamma, haudquaquam ut voluntas ful-  
geat, sed ut ardeat: quandoquidem si flax  
zelus in ignitum amorem, totus amor redi-  
geretur ad cinerem. Igne cremabitur ignis,  
& amor flammæ irati sentiet amoris. Def-  
cribit Seneca in *Medea Act. 4. v. 848.*

*Præcepit amore saevo  
Rapiatur, parat furore  
Vultus citatus ira.  
Flagrant gena rubentes,  
Pallor fugat ruborem,  
Nullam vagante formâ  
Servat dia colorem.  
Ut tigris orba gnatis  
Cursu furenti lustrat,  
Huc fert pedes & illuc.  
Frenare nescit iras, non amores.  
Nunc ira, amorque casum  
Iunxere. Quid sequatur?*

Etiam est zelus ex amore, qui dicitur

Oth.  
Van.

Cant. 2.  
16.

Dolor  
summus  
amoris  
zelus.

Zelus est  
zelotypia

Ovid.

Effusus  
zelotypia

Seneca.

Zelus ex  
amore.

Ioann.  
21. 22.

Effusus  
amoris  
ex zelo.

Senec.

Ovid.

Zelus ex  
fiducia  
volunta-  
tis, &  
dissida-  
tia ratio  
mi.

potest amoris lepor, vel irritamen amoris,  
dilectionis gratia, condimentum iruitionis,  
etenim sine illo vel insulsi tales. Qui vehe-  
menter amat, amat sic: alioquin Petro,  
Ioannis dignitati consentienti, minime dice-  
retur: *Quid ad te?* Est ignis in igne, & fla-  
tu zeli vehementia crescit. Est tormentum,  
& delictum, vel delictiosum tormentum. Est  
vulnus sed suave, quoniam fallax. Est spe-  
ctum in formidinem; sed ambitum, quo-  
niam verax. Est mors, sed blanda: poena,  
exterum iucunda cura, sed hilaris: amari-  
tudo, sed daleis: sollicitudo, sed gaudium:  
sine dolore cordilium: dispositio ad arden-  
tissimam febrem, qua cor alget, ut magis  
æstuet. Amor per se non habet fidem, cre-  
ditur, si sollicitat in zelo fideiussores, cre-  
ditur, si sollicitat in zelo fideiussores. Scri-  
pular pro redamatione, diligentis æma-  
latio; & tunc fidem commendat fideicom-  
missio. Zelus est gnomon horologii pec-  
toris; per illum videtur utrum ad amulsum di-  
ligentis motus cordis. Lux Solis magis lu-  
cida, si in aqua reflexa. Est numerus cum  
circulo, ac postposito, nihil significantes  
sed summam, quo magis multiplicatur, au-  
gente: cum ex unice illa momentum, ut  
ex nihilo crescat in milia millium. Haud  
aliter amor & zelus: nihil in ciphra zeli di-  
lectionis additur, & amor præpositus usque  
in summum augetur. Non unda flammæ  
opprimat, sed undam flammæ mirificè ac-  
cendit. Audi quem sup. v. 887.  
*Et hoc in ista clade mirandum accidit.  
Alit unda flammæ: quòque prohibetur ma-  
gis.*

*Magis ardet ignis: ipsa præsidia occupat.*  
Multoties propter intensiorem flammam,  
per zelum in flammâ fingitur languor; sed  
est amoris studium commendabilis: sicut  
Iupiter ut Ionem arctius ad se traheret,  
Placæam ardere cogitòd finxit. Amor ali-  
quando dormit, & immittitur zelus, ut evi-  
gilet, & resumat sagittas, ac mutuo aspi-  
ret in flammæ. Unde Ovidius *Amor. lib. 1.  
Eleg. 8.*

*Lingua iuvet, mentemque tegat, blandire,  
noctique,*

*Non bene, stollas prælia, durat amor.*

5 Alius est zelus, seu zeli sphaera, qua con-  
tenduntur amor, & zelotypia, partes loventi-  
bus, & faventibus voluntatis fiducia, & ra-  
tionis diffidentia. Hic articulus est eculeus,  
ubi torquetur Sponsus; & sine eculei leva-  
mine, igitur in eculeo poena excutitur con-  
fessione delicti, & hic quod referat cordis  
anxietas, recludit auctoritas. Suspria, quæ ab  
imo pectore, ut respiret, ducit dolor; gla-  
dio honoris ingularitatem pudor: & anima  
*Tom. II. Taut.*

lancinatur duro cruciamine, pressa magis  
in cordis dilatatione; etenim quoquo late-  
re comprimit amaritudo & in eloquio, &  
silencio. Nequit loqui, quod vel ipse desi-  
derat ignorare. Graviter dolor urget, cui  
medicina nocet.

*Venit amor gravius, quòd ferius: vivimus Ovid.*  
*intus*

*Urimur & caecum pectora vulnus habent.*  
Lamentatur Naso *Epist. 4.* Caecum utique  
vulnus, cum non videatur in solamen exitus;  
quippe infirmitas parit, quem conce-  
pit dolorem: & quiritur pro remedio infir-  
mari infirmitatem, ne honor evanescat, si  
causa pateat. Pōnit in pulvere os suum &  
levatur super se, & plus uritur, ubi magis  
ab igne removetur. Urat, Urat Scyllam & Car-  
ybdim navis nutat, vel infirmitate vacillat,  
fertur, quòd fertur illas & unda.

*Quid anime titubas: Ora quid lacryma  
rigant?*

*Variamque nunc huc ira nunc illuc amor.*  
*Diducit. Accepit astus incertam rapit.*

*Ut sava rapidi bella cum venti gerunt,  
Utrique fluctus maria discordes agunt,  
Dubiumque pelagus foret; band aliter meum  
Cor fluctuatur. Ira pietatem fugat,  
Iramque pietas. Cedit pietati dolor.*

Seneca ubi supra v. 935. cecinit aliud: verum  
Chrylogos aliter proposito. *Ioseph ille  
(inquit Serm. 175.) maritus solo nomine,  
conscientiam sponsus, prægnantem sponsam  
fluctuans & anxius intuetur; quia neque  
accusare innocentem, neque prægnantem  
poterat excusare. Tacere tutum non erat,  
erat loqui periculum. Admittit, non prodit  
erimina accusator insontis. Erat ipse testi-  
monium castitatis, erat custos pudoris. Aliud  
moverat, aliud intuebatur: confundebat Vir-  
ginis fides, actus, & vita. In bivio mens tu-  
sa, & sanctus animus ancipiti cogitatione  
torquetur. Sintit, sed tantum non potest  
penetrare sacramentum; quia nec accusare  
poterat, & defensare penes homines non va-  
lebat. Cruciam summa turbatio, & in turba-  
tione cruciamen ne vel verbo exprimeret  
turbationem. Ampliori causa, quia vera,  
dicere poterat cogitatio, quod Cephalus de  
Procidæ uxore, eodem articulo rerum, apud  
Ovidium lib. 7. *Metam. Fabul. 26.**

*Esse metus capit: nec iura iugalia coniux  
Non bene servasse, facies atasque iubeant,  
Credere adulterium, prohibebant credere  
mores.*

*Sed tamen abfueram. Cuncta timemus  
amanies.*

6 Res est solliciti plena timoris amor,  
sed amulatio dura sicut infernus: vel quia  
*Mm 2*

Cur di-  
rus, in  
quod?

Senecæ

Turbatio  
Iosephi  
de Virgi-  
ne matre

Chry-  
sol.

Ovid.

Cant.  
ubi sup.